

## Band VII., Nr. 2629, Seite 469-471

*Propst und Konvent von Beuron überlassen dem Grafen Albert von Kyburg, dem Sohn König Rudolfs, im Tausch gegen dessen Besitzungen außerhalb der Umwallung der Stadt Mengen alle ihre Höfe innerhalb derselben mit Ausnahme der Hofstatt, genannt des Raigers Hofraite.*

Mengen, 1276. Dezember 15.

Omnibus Christi fidelibus presentem cedulam inspecturis . . prepositus et conventus monasterii de Biurron ordiniis sancti Augustini Constantiensis dyocesis sinceram in domino caritatem cum notitia subscriptorum. Rebus gestis robur firmitatis debite ministratur, cum ipse scripturarum et testium intersigno posteriorum memorie commandantur. Noverint igitur omnes ac singuli presentium de cetero perlectores, cum illustris dominus Albertus comes de Kiburc gloriosissimi domini nostri R(udolfi) dei gratia Romanorum regis filius nobiscum de curtibus sive areis nostro monasterio pertinentibus infra vallum sive septa sui oppidi Mången de novo constructi sitis pro aliquibus suis possessionibus concanbium facere cupiens nobis sive nostro monasterio possessiones suas, dictas videlicet stadellehen unde hansslehen, sibi proprietatis titulo pertinentes ibidem extra ipsum oppidum sitas omni verborum et gestuum sollempnitate, que ad hoc requiri solet, adhibita contradiderit a nobis sive ab eodem nostro monasterio proprietatis titulo, sicut et sibi pertinuerunt, perpetuo possidendas, quod nos in huiusmodi predictarum possessionum, contradictionis recompensationem et concanbium sibi et universis suis exnunc in evum heredibus omnes curtes sive areas nostri monasterii proprias infra predicti oppidi Mången vallum seu septa sitas de mutuo consensu et voluntate spontanea, cum talis permutationis concanbium hinc inde factum in nostri monasterii profectus augmentum potius quam detrimentum, quemadmodum recognoscimus per presentes, cedere videretur, ab eodem suisque heredibus proprietatis nomine de cetero possidendas nomine nostri monasterii contradidimus, area dicta des Rågers hoveraitie tumtaxat excepta, cuius proprietatis possessionem sub libertatis emunitate subscripta nobis nostroque monasterio super eadem a prefato domino A(lberto) comite de Kiburc tam pro se quam pro suis heredibus perpetuo concessa duximus reservandam, videlicet quod domus et horreum cum suis appenditiis in eadem area in usus nostri monasterii construenda ipsorumque nomine nostri inhabitatores sive inquilini omnes et singuli totius libertatis prefati oppidi ac civium ipsius emunitate, quocunque censeatur nomine, gaudeant perpetuo nec non ab omnibus servitutibus sive servitiis, que a loci civibus sive inhabitatoribus cuiuscunque

## II

condicionis quacunque de causa requiri possunt vel debent in posterum, ex-nunc in ante sint penitus absoluti. Ita tamen, quod alie domus in curtibus prescripte aree des Rågers hoveraitie constructe sive construende et earundem inhabitatores ac possessores nobis nostroque monasterio proprietatis, quam nobis reservabimus, occasione in evum censum, quem eosdem dare contigerit, annis singulis solvendo ad omnia servitia, que ab ipsius loci civibus requiri contigerit, teneantur. Ut autem huiusmodi concambii sive permutationis contractus in utilitatem utriusque partis initus et consumatus in debito robore maneat perpetualiter inconvulsus, presens instrumentum super eo est confectum nec non sigillorum sepius dicti domini nostri A(lberti) comitis de Kiburg ac nostri, scilicet mei prepositi et conventus, et universitatis civium prefati oppidi Mången robore communitum.   
   
 Acta sunt hec in Mången, in domo . . ministri dicti Mursel, presentibus . . dapifero de Diezenhoven, prefato . . ministro dicto Mursel, Bertoldo dicto Råger, Wernhero dicto Nådel, UOlrico dicto Langrave, Bur. dicto Lindår, . . dicto Wilde civibus memoriati oppidi in Mågen, Ber. dicto Hågeninc in Sigmåringen, Bur. de Sulgen genero suo, fratre Ber. dicto Wipphen et H. dicto de Ansimötingen et Ber. dicto Månger aliisque quam pluribus fide dignis, anno domini MCCLXXVI., XVIII. kalendas Januarii, inductione quinta.

—

Der Textabdruck folgt dem linierten Original.   
   
 Die Urkunde, die sich unter den Dokumenten des Klosters Salem befindet, kam dorthin – einer Vermutung Weechs zufolge – bei Gelegenheit von Gütererwerbungen Salems in Mengen.   
   
 In Karlsruhe auch eine wenig spätere Abschrift sowie eine Übersetzung von Anfang des 14. Jahrhunderts, beide auf Pergament.   
   
 Von 4 Siegeln aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs, welche an weißen, roten und grünlichblauen Wolffäden hingen, sind noch die drei ersten erhalten: 1) des Grafen Albert von Kyburg, rund, 47 mm, (IV. A. 2): in einem Schild ein nach rechts aufsteigender Löwe mit erhobenem Schweife, nahezu die Hälfte des Siegels abgebrochen, von der Umschrift nur wenige Buchstaben erhalten. 2) des Propsts von Beuron, spitzoval, 40, 28 mm, (III. A. 2. a.): der stehende Propst; Umschrift: *Sigillum . WOLFRadi . PreP . SITI . DE . B . REN.* 3) des Konvents von Beuron, spitzoval, 45, 30 mm, (II. B.): eine männliche Figur in langem Gewande mit Krummstab, von der Umschrift erhalten: *Sigillum . B. M . . . ET . . . UE . . . BURR . . .* (für *Sigillum b. Martini et conventus in Burron*). Auf dem Umschlag steht über den Stellen, wo die Siegel befestigt sind: *sigillum comitis, s. prepositi, s. conventus, s. civitatis.*

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**

4/7125

**Editionen:**

FRIEDRICH VON WEECH (HRSG.): Codex diplomaticus Salemitanus. Urkundenbuch der Cisterzienserabtei Salem, 3 Bde., Karlsruhe 1883-95, Bd. 2, S. 163, Nr. 557 (nach Original). Mitteilungen Verein Hohenzollern, Bd. 19, S. 199 (nach einem Beuroner Kopialbuch).

## Weitere Angaben

**Überlieferungsart:**

Ausfertigung

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Mengen

**Ortsindex:**

Bad Saulgau Wohnplatz (21324) <br> Beuron Wohnplatz (21033) <br> Beuron, SIG <br> Diessenhofen, Kt. Thurgau, Schweiz <br> Konstanz Wohnplatz (14442) <br> Konstanz, KN <br> Kyburg, Kt. Zürich, Schweiz <br> Mengen Wohnplatz (21164) <br> Mengen, SIG <br> Onstmettingen Wohnplatz (16596) <br> Onstmettingen, Albstadt, BL <br> Saulgau, Bad Saulgau, SIG <br> Sigmaringen Wohnplatz (21356) <br> Sigmaringen, SIG